

## Postcommunio

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et, intercedénte beáta Vírgine Dei Genetríce María, coeléstis remédii fáciat esse consórtes.

## POSTKOMUNIJA

Viešpatie, tegu ši komunija nuplauna mūsų kaltes ir šventosios mergelės Marijos, Dievo motinos, užtarimu suteikia mums dangišką išgijimą.



## Proprium Missæ

# Die Octavae Nativitatis Domini

## AŠTUNTOJI ŠV. KALĖDŲ OKTAVOS DIENA



### Introitus

**Puer natus est nobis, et filius datus est nobis: cuius impènum super húmerum eius: et vocabitur nomen eius magni consílii Angelus.**

*Ps. Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirábilia fecit. (Isa 9:6; Ps 97:1)*

### INTROITAS

Kūdikis mums gimė, ir sūnus mums yra duotas, kurio valdžia – ant jojo peties; ir jis bus vadinamas didžiojo patarimo Angelu.

*Ps. Giedokite Viešpačiui naują giesmę, kadangi Jis įstabių dalykų padarė. (Iz 9:6; Ps 97,1)*

### Collecta

**Deus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúnda, humáno géneri praemia præstitísti: tríbue, quaesumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum.**

### KOLEKTA

Dieve, kuris per nekaltąjį šventosios mergelės Marijos pradėjimą suteikė žmonijai amžinąjį išganymą. Mes prašome Tave jos užtarimo, tos per kurią mes gavome gyvenimo kūrėją mūsų Viešpatį Jėzų Kristų, Tavo Sūnų.

### Epístola

*Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Titum (Tit 2:11-15)*

**Caríssime: Appáruit grátia Dei Salvatóris nostri ómnibus homínibus, erúdiens nos, ut, abnegántes impietátem et sæculária desidéria, sóbrie et iuste et pie vivámus in hoc saeculo, exspectántes beátam spem et advéntum glóriæ magni Dei et Salvatóris nostri Iesu Christi: qui**

### EPISTOLĖ

*Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Titui (Tit 2:11-15)*

Brangieji, išganingoji Dievo malonė pasirodė visiems žmonėms ir moko mus, kad, atsisakę bedievystės ir pasaulio aistrų, santūriai, teisingai ir maldingai gyventume šiame pasaulyje, laukdami palaimintosios vilties ir mūsų didžiojo Dievo bei Gelbėtojo Kristaus Jėzaus šlovės

dedit semetípsum pro nobis: ut nos redímeret ab omni iniquitáte, et mundáret sibi pópulum acceptábilem, sectatórem bonórum óperum. Hæc lóquere et exhortáre: in Christo Iesu, Dómino nostro.

## Graduale

Vidérunt omnes fines terrae salutáre Dei nostri: iubiláte Deo, omnis terra. V. Notum fecit Dóminus salutáre suum: ante conspéctum géntium revelávit iustítiam suam. (Ps 97:3, 2)

## Alleluia

Alleluia, alleluia. V. Multifárie olim Deus loquens pátribus in Prophétis, novíssime diébus istis locútus est nobis in Fílio. Allelúia. (Hebr 1:1-2)

## Evangelium

Sequéntia sancti Evangélij secundum Lucam (Luc 2:21)

In illo témpore: Postquam consummáti sunt dies octo, ut circumciderétur Puer: vocátum est nomen eius Iesus, quod vocátum est ab Angelo, priúsqvam in útero conciperétur.

## Offertorium

Tui sunt coeli, et tua est terra, orbem terrárum, et plenitúdinem eius tu fundásti: iustítia et iudícium preparátio sedis tuae. (Ps 88:12, 15)

apsireiškimo. Jis atidavé save už mus, kad išpirktų mus iš visokių nedorybių ir suburtų sau nuskaistintą tautą, uolią geriems darbams. Taip kalbék, ragink, bark kuo rimčiau Kristuje Jėzuje, mūsų Viešpatyje.

## GRADUALAS

Išvydo visi žemės pakraščiai mūsų Dievo išganymą; džiugiai šlovinkite Dievą, visa, kas yra žemėje. V. Viešpats padarė žinomą savąjį išganymą, tautų akivaizdoje apreiškė savo teisingumą. (Ps 97:3, 2)

## ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja. V. Daugel kartų ir įvairiais būdais praeityje Dievas yra kalbėjęs mūsų protėviams per pranašus, o dabar dienų pabaigoje jis prabilo į mus per Sūnų. Aleliuja. (Žyd 1:1-2)

## EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Luką tęsinys (Lk 2:21)

Anuo metu praslinkus aštuonioms dienoms, kai reikėjo apipjaustyti berniuką, jam buvo duotas Jėzaus vardas, kurį angelas buvo nurodęs dar prieš jo pradėjimą įsčiose.

## OFERTORIUMAS

Tavo yra dangūs, ir tavo yra žemė, žemės rutulį ir jo pilnatvę tu įtvirtinai; teisingumas ir teisus nuosprendis – tavojo sosto parengimas. (Ps 88:12, 15)

## Secreta

Munéribus nostris, quaesumus, Dómine, precibúsque suscéptis: et coeléstibus nos munda mystériis, et cleménter exáudi.

## Præfatio de Nativitate

### Domini

Vere dignum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus. Quia per incarnati Verbi mysterium nova mentis nostrae oculis lux tuae claritatis infulsit: ut visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur. Et ideo cum Angelis atque Archangelis, cum Thronis et Dominationibus cumque omni militiae coelestis exercitus hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes: Sanctus.

## Communio

Vidérunt omnes fines terrae salutáre Dei nostri. (Ps 97:3)

1. Cantáte Dómino cánticum novum, quia mirabília fecit.
2. Salvávit sibi délixtera ejus, et bráchium sanctum ejus
3. Notum fecit Dóminus salutáre suum, in conspéctu géntium revelávit iustítiam suam.

## SEKRETA

Prašome tave Viešpatie, priimk mūsų aukas ir maldas: ir apvalyk mus per šias dangiškas paslaptis ir maloningai išklausk mus.

## VIEŠPATIES GIMIMO PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tave išpažinti ir tau dėkoti, šventasis Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve. Slaptingu Žodžio Įsikūnijimu nauja tavosios garbės šviesa mūsų dvasiai sužibo, idant mes regimai pažinę žmogumi tapusį Dievą, per jį pamiltume neregimąsias vertybes. Todėl mes su Angelais ir Archangelais, su Kunigaikštystėmis ir Viešpatystėmis, ir su visa dangiškąja kariauna garbės himną tau nepaliaudamai giedame: Šventas.

## KOMUNIJA

Išvydo visi žemės pakraščiai mūsų Dievo išganymą. (Ps 97:3)

1. Giedokite Viešpačiui naują giesmę, nes jis padarė nuostabių dalykų.
2. Jo dešinė ir šventumo petys laimėjo pergalę.
3. Viešpats paskelbė savo išganymą, tautoms parodė savo teisumą.